ἀρχεβούλειον / archebuleum (-bulion, -bulium, -bulios, -bulius, -buleus)

× ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ – – ||

1. Diogen. CPG I, p. 179. 9 sqq. αἰσώπειος μὲν γὰρ λέγεται ὁ ἀπὸ ἀνδρὸς Αἰσώπου πλεονάσαντος ἐν τῷ τοιούτῳ εἴδει τοῦ μύθου, οὐχ εὑρόντος, ὡς ἐν ποιητικῇ μέτρον ἀρχεβούλειον (ἀρχεοβούλειον *vel* ἄρχεο βούλειον *codd.*) ἢ καὶ ἀριστοφάνειον, ἃ λέγεται οὐχ εὑρημένα ὑπὸ τῶν ἀνδρῶν, ἀλλὰ παρὰ τούτοις κατακορέστερον ἐν τῇ ποιήσει τεταγμένα.

Hephaest. 28. 9 sqq. ὥσπερ δὲ ἐν τῷ δακτυλικῷ ἦν τι λογαοιδικόν, οὕτω κἀν τοῖς ἀναπαιστικοῖς τὸ εἰς βακχεῖον περαιούμενον, οὗ ἐστιν ἐπισημότατον τὸ μετὰ τέσσαρας πόδας αὐτὸν ἔχον τὸν βακχεῖον· ὧν ὁ πρῶτος γίνεται καὶ σπονδεῖος καὶ ἴαμβος. καλεῖται μὲν οὖν ἀρχεβούλειον ἀπὸ Ἀρχεβούλου τοῦ Θηβαίου ποιητοῦ χρησαμένου αὐτῷ κατακόρως· γέγραπται δὲ καὶ Καλλιμάχῳ· (fr. 228. 1 Pfeiffer)

ἀγέτω θεός, οὐ γὰρ ἐγὼ δίχα τῶνδ᾽ ἀείδειν·

τοῦτο μὲν οὖν ἀπὸ ἀναπαίστου· ἀπὸ δὲ σπονδείου· (Callim. fr. 228. 5 Pfeiffer)

νύμφα, σὺ μὲν ἀστερίαν ὑπ᾽ ἅμαξαν ἤδη,

ἀπὸ δὲ ἰάμβου· (Callim. fr. 228. 43 Pfeiffer)

Φιλωτέρα ἄρτι γάρ οἱ Σικελὰ μὲν Ἔννα.

τοὺς δὲ μετὰ τὸν πρῶτον πόδα τρεῖς οἱ μὲν ἐν συνεχείᾳ γράψαντες τὸ μέτρον πάντως ἀναπαίστους ἐφύλαξαν, Ἀλκμὰν δέ που καὶ σπονδείους παραλαμβάνει.

Diog. Laert. IV 65 φέρονται δ᾽ αὐτοῦ (*scil.* τοῦ Καρνεάδου) ἐπιστολαὶ πρὸς Ἀριαράθην τὸν Καππαδοκίας βασιλέα. τὰ δὲ λοιπὰ αὐτοῦ οἱ μαθηταὶ συνέγραψαν· αὐτὸς δὲ κατέλιπεν οὐδέν. ἔστι καὶ εἰς τοῦτον ἡμῶν τῷ λογαοιδικῷ μέτρῳ καὶ ἀρχεβουλείῳ· (Anth. Gr. app. V 39 Cougny)

τί με Καρνεάδην, τί με, Μοῦσα, θέλεις ἐλέγχειν;
ἀμαθὴς <γὰρ> ὃς οὔτι κάτοιδεν ὅπως δεδοίκει
τὸ θανεῖν· ὅτε καὶ φθισικήν ποτ᾽ ἔχων κακίστην
νόσον, οὐκ ἔθελεν λύσιν ἰσχέμεν· ἀλλ᾽ ἀκούσας
ὅτι φάρμακον Ἀντίπατρός <τι> πιὼν ἀπέσβη,
«δότε τοίνυν», ἔφησε, «τὶ κἀμὲ πιεῖν». «τί μέντοι;
τί;» «δότ᾽ οἰνόμελι». σφόδρα τ᾽ εἶχε πρόχειρα ταυτί·
«φύσις ἡ συνέχουσά με καὶ διαλύσεται δή».
ὁ μὲν οὐδὲν ἔλασσον ἔβη κατὰ γῆς, ἐνῆν δὲ
τὰ πλέω κακὰ κέρδε᾽ ἔχοντα μολεῖν ἐς ᾅδην.

Trich. 384. 21 sqq. περὶ λογαοιδικοῦ. ἔστι καὶ λογαοιδικὸν ὡς εἴπομεν ἀναπαιστικόν, ὅπερ καταρχὰς μὲν ἀναπαίστους τέσσαρας δέχεται, μετὰ δὲ τούτους ἕνα ἴαμβον καὶ μακρὰν συλλαβήν, ὡς εἶναι τὸν τελευταῖον πόδα βακχεῖον, ἐκ βραχείας μιᾶς καὶ δύο μακρῶν συλλαβῶν. παράδειγμα τούτου τό·

μόρον οὐ νοέοντες ἐφιστάμενον κατάντην.

καλεῖται δὲ τοῦτο ἀρχεβούλειον, ἅτε δὴ τοῦ Θηβαίου ποιητοῦ Ἀρχεβούλου κατακόρως αὐτῷ χρησαμένου. διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν καὶ καλλιμάχειον ὀνομάζεται. κατὰ διποδίαν δὲ μετρούμενον τρίμετρόν ἐστι λογαοιδικὸν ἀναπαιστικόν, εἰς συλλαβὴν καταληκτικόν. δι᾽ ἣν δὲ αἰτίαν λογαοιδικόν, εἴρηται ἡμῖν ἐν τοῖς ὄπισθεν.

Schol. rec. in Pind. *Ol.* 5 (p. 182. 18 sqq. Abel) τὸ ϛ´ ἀναπαιστικὸν λογαοιδικὸν καλούμενον καὶ ἀρχεβούλειον. σύγκειται δὲ ἐκ β´ ἀναπαίστων καὶ β´ βακχείων, τοῦ β´ καταληκτικοῦ· πάσχει δὲ τοῦτο τὰ τοιαῦτα ἀναπαιστικά· πλὴν οὐ καλῶς ἔχει κείμενον τὸν βακχεῖον. τὸν τελευταῖον γὰρ πόδα τοῦ κώλου χρὴ βακχεῖον, ὥς φασιν, εἶναι.

Schol. vet. in Pind. *Nem.* 8 (p. 26. 5 sqq. Tessier) τὸ ϛ´ λογαοιδικὸν ἀρχεβούλειον, ἢ ἐπιωνικὸν ἀπ᾽ ἐλάσσονος, ἄτακτον διὰ τὸν σπονδεῖον.

Schol. in Callim. fr. 228 (p. 218) Pfeiffer τὸ μ(ὲν) μέτρ(ον) ἀρχεβούλ(ειον) λογαοιδ(ικὸν) καλ(εῖται)· πεντάμετρον· ἡ α´ ἐπιδέχετ(αι) ἀνάπαιστ(ον), σπονδεῖ(ον), ἴαμβ(ον), αἱ ἑξῆς ἀναπαίστ(ους), ἡ ἐσχάτ(η) βακχεῖον κ(αὶ) ἀμφίβραχυν, ἐπεὶ ἀδιάφορ(ος) ἡ τελευτ(αία) συλλαβή.

Schol. B in Hephaest. 276. 14 sqq. ἔστι δὲ ἐπισημότατον αὐτοῦ (*scil.* τοῦ λογαοιδικοῦ ἀναπαιστικοῦ) τὸ καλούμενον ἀρχεβούλειον, ᾧ καὶ Καλλίμαχος ἐχρήσατο, ἔχον τὸν πρῶτον πόδα ἀνάπαιστον ἢ σπονδεῖον ἢ ἴαμβον, τοὺς δὲ ἐφεξῆς πάντας ἀναπαίστους, οἷον· (Callim. fr. 228. 1, 5, 43 Pfeiffer)

ἀγέτω θεός· οὐ γὰρ ἐγὼ δίχα τῶνδ᾽ ἀείδειν,
νύμφα, σὺ μὲν ἀστερίαν ὑπ᾽ ἅμαξαν ἤδη,
Φιλωτέρα ἄρτι γάρ οἱ Σικελὰ μὲν Ἔννα.

Caes. Bass. GL VI 256. 7 sqq. = fr. *6. 23 sqq. (GRF 134) Mazzarino de archebuleo metro. archebuleus accepit nomen versus, non quod Archebulus eum invenerit. nam Stesichorus, antiquior illo poeta, et Ibycus et Pindarus et Simonides usi sunt eo, sed passim et promiscue. Archebulus autem quia carmen ex hoc uno genere composuit, archebuleum nominatum est. origo eius herous hexametrus est, exemplum: ([Caes. Bass.] *lyr.* 3 [FPL 317] Blänsdorf)

tibi nascitur omne pecus, tibi crescit herba,

quem facies heroum hexametrum adiectis duabus syllabis sic:

nam tibi nascitur omne pecus, tibi crescit et herba.

est autem hic versus anapaesticus, quia, <cum> primus heroi hexametri dactylus syllabam amittit, reliquae duae breves iungunt se longae insequenti et deinceps ceterae in eandem formulam veniunt. nec tantum heroo hexametro se iungit hic versus, sed etiam post tres anapaestos accedit ad trimetrum. nam possis eum sic componere:

tibi crescit herba caelitum testor genus.

hic versus dactylicum melos summa cum voluptate aurium cludit, de quo, cum res coegerit, plura dicentur. est autem pentametrus, ex anapaestis constat fere pedibus, recipit spondeos, cluditur antibaccheo. de ultima syllaba, brevis an longa sit, iam supervacuum est monere.

Caes. Bass. GL VI 269. 11 sqq. = fr. *6. 391 sqq. (GRF 146) Mazzarino quartum colon est: (Hor. *carm.* I 9. 4)

flumina constiterint acuto.

haec clausula huius strophes facta est ex tetrametro epodo, cuius auctor Archilochus … 25 sqq. = 401 sqq. Mazzarino archebuleo quoque metro si detraxeris primum pedem, qui est anapaestus aut spondeus, et proximas ei duas breves, id est semipedem, reliquum erit par huic clausulae. sic autem divides:

neque nubila nec veteres agitantur orni:
(Hor. *carm*. I 9. 12)
<nec veteres agitantur orni>
par est huic:
flumina constiterint acuto.

Ter. Mavr. GL VI 382. 1908 sqq.

anapaestus item quater editus hexametro
ita clauditur, ut choriambicus, antibaccho.
faciet tibi perspicuum cito versus idem
dactylicus, modo qui potuit dare quinque anapaestos:
(cf. Verg. *Aen*. IX 503)
'at tuba terribilem sonitum dedit aere recurvo',
'<tuba terribilem sonitum dedit aere curvo>':
anapaestus inest quater, ultimus antibacchus.
similem dabo versiculum, magis ut probetur:
'tibi nascitur omne pecus, tibi crescit haedus'.
prima reponatur, redeat quoque tertia fini:
dactylicus tibi, qui fuerat modo, iam referetur:
'nam tibi nascitur omne pecus, tibi crescit et haedus'.
generi datur auctor huic vetus Archebulus.

Apthon. GL VI 74. 34 sqq. de anapaestico metro. anapaesticum metrum originem trahere a rhythmo dactylico in dubium non venit … 75. 3 sqq. dehinc quod detracta per epiplocen heroo dactylico prima longa reliqui pedes in anapaestum reformentur in eo dumtaxat versu, qui quinque continuis per ordinem dactylis currit, ut: (Verg. *Aen*. IX 503)

at tuba terribilem sonitum procul aere canoro.

detracta enim 'at' syllaba, qua primus in versu dactylus constat, erunt reliqui pedes anapaesti sic:

tuba terribilem sonitum procul aere canoro.

… 16 sqq. non nulli in ultima huius sede ionicum minorem recipiunt ea ratione, qua in fine metrum omne varie claudatur … 20 sqq. quod et in ceteris metris datur agnoscere. nam et iambus in clausula invenitur, et appellatur archebulium. at si trisyllabo pede sui dumtaxat generis terminetur, adaeque archebulion, sed integrum: nam prius, in quo iambo, ἀπόκροτον dicitur.

Apthon. GL VI 125. 21 sqq. item alia (*scil*. anapaestici metri genera quae ex heroo derivantur) de hexametro eius species ex eodem dumtaxat versu, in quo praeter ultimum omnes dactyli pedes sint, ut: (cf. Verg. *Aen*. IX 503)

at tuba terribilem sonitum dedit aere recurvo.

adempta enim prima initiali et tertia <ab> ultima syllaba fiet:

tuba terribilem sonitum dedit aere curvo:

percutitur, ut vides, anapaestis quattuor, ultimo bacchio a brevi incipiente. item: (inc. 87 [FPL 454] Blänsdorf)

ast ego iam Bromio thiasos celebrabo <re>nato,

ex quo anapaesticus talis:

ego iam Bromio thiasos celebrabo nato.

rursus anapaesticus in heroum commigrabit hoc modo: (Ter. Maur. GL VI 382. 1915)

tibi nascitur omne pecus, tibi crescit haedus.

huic si adicias quae heroo detraxeras, id est primam et tertiam <ab ultima> syllabam, fiet versus herous ita:

nam tibi nascitur omne pecus, tibi crescit et haedus.

ita ex se per adiectionem detractionemque parantur, ideoque a quibusdam anapaestus antidactylus dictus est, cum eiusdem cognationis iure proximi in eandem temporum legem numerumque concurrant. hic versus ab Archebulo archebulius dictus est, non ipso auctore editus, sed ab eo frequenter usurpatus: nam et Ibycus et Pindarus et Simonides hoc versu longe ante usi ostenduntur. proprium autem archebulium est, quod constat ionico ἀπὸ μείζονος insequentibus duobus dactylis et duobus trochaeis. recipit et anapaestum in fine et spondeum pro trochaeo, sed et bacchium a brevi incipientem. huius exemplum est:

iam pes novus atque metron placet Archebuli.

non numquam in hoc pro prima syllaba longa duae breves ponuntur, ut: ([Caes. Bass.] *lyr*. 3 [FPL 317] Blänsdorf)

tibi nascitur omne pecus, tibi crescit herba.

item archebulion < *** > prima syllaba adiecta:

nunc pangite dulce melos Iovis alma proles.

namque sesquipede huic sublato, id est 'nunc pangite', erit decasyllabum alcaicum sic:

dulce melos Iovis alma proles.

non supersederim etiam sallustiano, [qui profluit ex penta-metro heroo,] (Sall. *Iug*. 1. 1) 'falso queritur de natura sua genus humanum'. detracto enim 'sua' erit versus trimeter anapaesticus [nam veniet in formam pentametri] sic:

<falso> queritur de natura genus humanum.

Diom. GL I 501. 25 sqq. alia (*scil.* metra nominantur) ab iis qui frequentes in illis fuerunt, ut sunt aristophania, archebulia, phalaecia, asclepiadia, glyconia, quae quidem infinitum possunt variari beneficio rythmorum, quorum velut fuit compositio.

Diom. GL I 514. 1 sqq. archebulium metrum, ubi hexametro prima syllaba ablata est et ab ultima tertia, et factum est tale: ([Caes. Bass.] *lyr*. 3 [FPL 317] Blänsdorf)

tibi nascitur omne pecus, tibi crescit herba.

restitue syllabas amputatas et implebis hexametrum sic:

nam tibi nascitur omne pecus, tibi crescit in herba.

Serv. GL IV 462. 12 sqq. de archebulio. archebulium constat dimetro (*scil.* anapaestico) acatalecto et palimbacchio, ut est hoc:

dea somnifero vaga curriculo relucet.

a. – ◡ ◡ – ◡ ◡ – ◡ – – ||
b. – ◡ ◡ – ◡ ◡ – ◡ ◡ – ◡ – – ||

c. – ◡ ◡ – ◡ ◡ – ◡ ◡ – ◡ ◡ – ◡ – – ||

2a-b-c. Sacerd. GL VI 544. 6 sqq. de logaoedico archebulio. logaoedicum archebulium fit duobus dactylis et duobus trochaeis vel trochaeo et spondeo: (cf. Hor. *carm*. I 4. 5)

iam Cytherea choros Venus dat.

huic additus alter trochaeus faciet ithyphallicum dactylicum, de quo saepe tractavi.

Apthon. GL VI 70. 17 sqq. e cuius (*scil.* dactylici hexametri) genere hae metrorum species gignuntur, diphilium seu choerilium, logaoedicum seu archebulium, aeolicum sive sapphicum et cetera, de quorum statu ac ratione suo loco dicemus.

Apthon. GL VI 111. 26 sqq. his (*scil.* choerilio seu diphilio, aeolico seu sapphico) logaoedicam metri speciem, quae et enoplios et archebulios dicitur, non absurde coniunxerim, adaeque dactylici metri subolem, scilicet cum trochaica basi versus clauditur duobus vel tribus vel quattuor dactylis praeeuntibus, prout carminis mensura aut ratio exegerit. cuius generis est etiam hoc, quod ex duobus dactylis et duobus conectitur trochaeis et appellatur alcaicum decasyllabum, ut est:

laurea Nyctelio corona;

item e tribus dactylis et duobus trochaeis, ut:

quadrupedante ciet pede primus aequor;

rursus e quattuor et duobus trochaeis, ut:

Romulidae pedites Arabum populis amici.

quae species et in anapaestico versu reperietur, ita dumtaxat, ut postrema eius clausula bacchio a brevi incipiente terminetur et pro anapaesto non numquam spondeus ponatur. duobus autem spondeis, ut plerumque in heroo hexametro reperimus, si metrum claudatur, spondiazon versus, ut in primo libro dictum est, appellabitur. spondiacus enim, ut trochaicus et iambicus, ex omnibus spondeis subsistit. [*P.S.*]